Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19



Pauſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19

Pauſa.


5 Celebrat mea lingua Tonantem Recti juſti-
que tenacem; Et cœli jura per orbem
(Videat Deus ipſe licebit) Ego prædico, cla-
mans: Deus æquus Olympi Afferre ſalutem
Conſuevit amicis; Servat Deus idem
Promiſſa fidemque.
6 Mihi ſic tua dextera proſit, Ut conſervare
ſolebas Semper mortalia ſolus.
Bonitas tua neſcia fraudis Mihi nunc, Deus,
adſit: Miſerabilis angor Nam mille periclis;
Ob crimina vitæ Me cura dolorque
Exterritus angit.
7 Utinam, Deus alme, Deorum Rector, digne-
ris in arcto Me conſervare gementem!
Cito ſed, cito, Numen amicum, Fer opem
mihi. turpis Pudor obruat illos, Quicun-

que

que Tyranni Te meque laceſſunt. Succum-

bat inermis Intentus in arma.

8 Tua gens, tibi dedita ſoli, Exolvat pectora

curis. Exultanteſque triumphent, Tua qui

bene fœdera ſervant. Miſer angor, egeſtas

Premit improba mœſtum; Sed me tamen

audit, Servatque vocantem Clementia

cœli. Tandem, Deus, adſis.

Pſalmus XLI.

Sapiens omni parte beatur, Miſeratus amat

Quicunque bonos, cum triſtitiam Patitur pietas:

Nihil ille mali formidabit, Feret exitium

Cum juſta Dei vindicta. bonus Numerabit opes.

2 Fit ut affigat miſerum lecto Sua debilitas;

Medicus ſed adeſt tempeſtivo Deus auxilio,

Mutatque manus divinatorum. Medicamen ades,

Deus, intenſa voce precabar: Male deſipui.

3 Blaſphema mali crimina fingunt. Inimica cohors
Quando tandem morietur, ait, Pereat ſimul ut
Morientis honos? conſolatur Tamen exanimem
Gens inſidiis apta nefandis, Maleſuada foris.

Pauſa.

4 Peragit gens me crimine falſo Inimica reum.
Me terrificant figmenta mali Mala propoſiti.
Omnes clamant; bene, criminibus Maculatus obit;
Jacet ægrotans, animam certo Moriturus agit.
5 Quin vir amicus, conviva meus Mihi conſiliis
(Sic rebar) opem qui ferret amans, Parat exitium
Benefactori. tamen afflictum, Deus alme, juva;
Erige merſum. vindicta malos Mea conficiet.
6 Hæc clara tui ſigna favoris: Video, Domine,
Video, de me nulla triumphat Inimica cohors.
Mea quod tangit commoda, ſemper Mihi præſidio
Deus eſt; oculos in me ſemper Miſeratus habet.

7 Deus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19

7 Deus Iſacidum, tua per totum Eat & redeat
Glòria mundum; tuus æternum Celebretur honos.

Pſalmus XLII.


Ut cervus ſitit, appetens, Quas exorbeat,
undas Pleno gutture; ſic Deum Mens deſi-
derat, atque Inveſtigat anhelans. Immor-
talia ſemper Cœli gaudia cor ſitit,
Impletoſque Deo polos.

2 Eſt fletus mihi pro cibo Per noctesque dieſque:
Nam gens me mala millies Inſultans rogat, ecce,
Quo nunc ſe Deus abdit, Quem fruſtra colis? audit
Hoc mens anxia, quæ ſolet Læto pſallere cantico.


3 Quis te ſolicitat metus? Quæ te cura fatigans
Terret, mens nimis anxia? Stultos pelle timores,
Et conſide Tonanti: Nam poſt tempora luctus,
Et poſt mille pericula, Lætâ voce canam Deum.

4 Succumbit, Deus, interim Duris mens mihi rebus.


Pſalmus XLII.




Pauſa.



Et



Pſalmus XLIII.



Pſalmus XLIV.

Præconia pſallam.


5 Male quid, mens anxia, leges? Quid te?
quid noſtra fatigant Miſeræ præcordia curæ?
Domino committe ſalutem; Nos collaudabi-
mus ipſi Poſt nubila ſolem.

Pſalmus XLIV.


Bene nuper hoc accepimus; Bene confi-
temur, quod Deus (Narrare Poſteris ſui
Miracla temporis ſolent Noſtri Parentes)
expulit Homines prophanos, ut bonis
Hæreditas contingeret Opulenta, pulſis hoſtibus.

2 Totidem quis armis fortibus Malus impu-
tet victorias? Nil dextra Patrum viribus
Effecit unquam. ſed tuum Agnoſco robur.
hic manum Vide dirigentis omnia. Hæc for-
titudo. ſed Patrem Pius intuere: mitis eſt.


3 Nil ergo timeo. tu mihi Moderator & Rex



es, Deus; Fac liberentur exules, Ex ſtirpe
Patrum poſteri. Per te feroces hoſtium
Facile fugabimus minas; Ferocientum cor-
nua Furioſa conculcabimus.
4 Neque tela nobis, nec ferox Facit arcus hanc
fiduciam; Non enſis ex periculo Me libe-
rabit efferus. Sed tu gementes eximis,
Deus, ex malorum fluctibus. Et quotquot
oderunt tuos, Facies pudendos obrui.

Pauſa I.



5 Celebratur æternum favens Deus invocanti.
Numinis Æternitati gloriam. Famæque con-
ſecrabimus. Sed nunc tamen relinquimur,
Decus ante, mundo dedecus. Non Impera-
tor, ut ſoles, Mea, Numen, anteîs agmina.
6 Dare terga ſubſequentibus Tua nos coëgit,
omnium Creator, ira, noſtra, nos, Et cuncta

 fura-



furatur ſibi Prædo cruentus. ut pecus
Lanianda, tradimur malis. In barbarorum
cœtibus Tua gens vagatur impiis.
7 Populum coactum, ſed tuum, Pretio minore
diſtrahis, Quam verna ſervus venditur; Et
æſtimamur plus minus, Minuſque. ſpretos
deſpicit Regionis impudentia Vicina nobis.
fabulam Inimica gens nos efficit.
8 Tua nos, Creator, omnium Dedit ira fervens
riſui. Proverbiali ſcommate Nos mundus
excipit malus; Caputque ringens concutit
Inimicus, & totos dies In cogitationibus
Metus eſt, pudorque degener:
9 Quia me calumniantium Male feriatus op-
primit Furor doluſque. vindices Timemus
iras hoſtium. Tot obruti tamen malis,
Tamen in tot infortuniis Non obliviſcimur
tui,




Pauſa II.




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19



Pſalmus XLV.




ſem,




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19


Pauſa.


5 Inter potentes alta Pediſſequas Regina va-
dens dextera ſtat tibi, Radiatque multo
veſtis auro, Dis Ophyre tibi quod miniſtrat.
Regina, jam nunc (ſi penitus modo Intrant
in aures verba monentium) Cave concupiſcas
aut parentes, Aut patriam, quia pinguis, oram.
6 Sic te venuſtam Rex tuus ambiet. Submit-
te Regi te ſimul & tua Tyrus urbium regina
multis Dona feret cumulata donis. Formoſa
Regis filia regio Decore fulget. tota niten-
tibus Maculis coruſcat extus, intus
Aſt eadem magis eniteſcit.
7 Regalis intrat filia regiam, Pictæque veſtes
corpus amiciunt; Thalamo propinquantem
decenter Virgineus comitatur ordo. Sed
magna quantis gloria gaudiis Hæc condietur!

magna-




Pſalmus XLVI.




Natura

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19



Pauſa.




Dif-


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19



Pſalmus XLVII.



tran-




Pſalmus XLVIII.







voluptas, Ornamentumque, quod Arctos,




Quod mundus laudat opacus,




Admiramurque ſtupentes.




2 Servat regalia Regum Rex iſtic atria, vindex




Propter benefacta celebris. Fortes coiere Ty-




ranni, Fera bella minantes Stupuere tuendo




Magnæ miracula gentis; Et formidabile




nuper Armatum viribus agmen




In curſum terga dederunt.




3 Fregit terrorque dolorque Turpis res illa,




fugatos; Non tam miſerabilis angit Dolor




inteſtina puellæ Male parturientis; Inimica



procellæ Diſrumpunt carbaſa ventis.




Hæc narravere parentes; In ſancta vidimus




ipſi, Quam Numen diligit, urbe.


Pauſa.





4 Laudamus dona tuentis In nos & commoda




Pſalmus XLIX.





pauper, Pariter dives, quicunque colis
Incola mundum; quia ſermones Mens alta
pios & ſapientes Parturit intus. celebrata
chelys Oracla, prius tenebroſa, canet.
2 Urgente malo quare timeam, Cum terga
premit mea circumdans Inimica cohors? eſt,
qui gemmis Fidit, & aurum tumidus jactans
Somniat aurum. ſed non redimet Tamen ar-
gento, quod ſtultus amat, Socius ſocium. quæ
lutra dabit Satis apta Deo divitis aurum?
3 Non fatales Deus incipiet Fractus precio ſol-
vere leges, Male perpetuam ſperat vitam
Miſer aggeſto dives in auro. Temere putres
pulvis & umbra Refugit vermes. moritur
ſtultus, Sapiens moritur. videt hoc dives,
Tamen æternas ſibi fingit opes.
4 Quicquid latis malus ædificat Opulentus


agris, altas ædes, Fore millenos autumat
annos; Sua dat magnis nomina terris.
Tamen & Reges, & quos poſuit Homines
alto fortuna loco, Veluti pecudes abeunt
iſtuc, Ubi cuncta jacent mortis in antro.


Pauſa.


5 Ita delectat deſipientes Error inanis, quem
poſteritas Sequitur vecors. velut imbelles
Depaſcit oves lupus, inſanos Sic abripiet
mors certa viros. Pius exhilarat ſe, cum
ſtultos Ire ſuperbis facit ex laribus
Ardente rogo libitina ferox.
6 Sed me vivum Deus eripiet Ex luctificæ ba-
rathro mortis. Cum fluxa mali gloria creſcit,
Cum divitiæ creſcunt fragiles, Cur invideas?
ne te macera: Nam morienti nec vanus ho-
nos, Neque divitiæ comites adſunt;


Nihil




Pſalmus L.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19





Pauſa.




6 Tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19


6 Temporibus duris à me pete Auxilium ,
nunquam fruſtra petes, Me dignis laudabis
honoribus. Iratus pravos Deus increpat :
Impie, quid leges recitas meas ?
Non bene ſacrilegus ſervit mihi.
7 Odiſti pœnas male, verbera Faſtidis ſemper
mea pertinax; Contemptorque mei, fures
amas, Obſcœnos & quæris adulteros.
Impia vox fraudes tua concipit,
Et mala lingua bonis nectit dolos.
8 Detrectans carpis male proximum Quem-
que tibi, mordax tanquam canis. Ad tempus,
cum talia perpetras, Diſſimulo. ſtultè credis
tibi Me ſimilem. vindex tua crimina,
Et peccata ſceleſta coarguam.
9 Impia gens, cœli nunquam memor, Auſcul-
tans diſcas reſipiſcere, Ne prenſos victrix la-




Pſalmus LI.





mihi


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19


mihi crimina vitæ, Et genetrix mea ſemine
pravo Me peperit. Syncera Tonantem
Sed pietas delectat; amaſque Quod mihi das.
penetralia mentis Informas Deus; optima
per te Fax animi ſapientia creſcit.
4 Hyſſopo, Deus, ablue ſordes Pectoris; hinc
maculata niteſcet Mens mihi; nix quoque
purificato Concedet, licet alba, ſuiſque
Se probet ornatiſſima floccis. Exhilarent
bona gaudia mentem, Ut vires labefacta re-
ſumant Oſſa ſuas, animique voluptas.


Pauſa.


5 Obſecro te, peccata malumque Ne nimium
ſpeculare nocentis, Sed mea tolle piacula
clemens; Et rectum ſceleriſque carentem,
O ſummi Moderator Olympi, Redde novans
animummihi; mentem Da, precor; obfirma-


taque pellant Corda malos recreata dolores.
6 Ne vultum miſero, Deus, à me Tolle minax,
neque durus amicum Obtege te. mihi ſpiri-
tus adſit Æternum tuus; ille, beatos Qui
Sanctus facit. optima lætæ, Quæ fuerunt
mihi, gaudia mentis Redde, Pater mundi
Deus; audax Mens redeat, videamque ſalutem.
7 Sic tua peccatoribus indam Jura docens,
meriti memor; ad te Deſipiens ita turba
redibit. Sanguinis à noxa, Deus, o! me
Solve, Deus; peccata remitte; Tu mihi ſpes,
Deus, una ſalutis, Ut bene te, ſanctamque
per orbem Juſtitiam mea carmina cantent.
8 Tu guttur mihi pande, relaxa, Omnipo-
tens, mihi vincula linguæ, Omnibus ut tua
nomina pandam. Offenſo tibi victima rite
Nulla litat; non ſanguis in ara Te juvat, aut
holo-




Pſalmus LII.



Cru-


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19

Pſalmus LII.




In-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19



Pſalmus LIII.



Tel-

Pſalmus LIV.

Tellus mores.

4 An nihil ergo ſapit injuſtus, Mea qui vel-
uti devorat eſcam Corcula demens? come-
ditne pios, Ut panis edit fercula, nequam
Spretor cœli?


5 Timor exanimat formidantes, Ubi nulla
dedit cauſa timorem. Deus obtrivit lacerata
malis Oſſa; pudendum dedecus abdit
Conſternatos.

6 Utinam captis ferat ex arce Deus auxilium
grande Sionis! Gens Iſacidum, Deus, exhi-
larans Se corde bono, tibi cantabit
Semper laudes.


Pſalmus LIV.


Pro laude nominis tui, Deus, adjuva me
fortiter; Mea jura tu patrocinans Tuere
forti dextera. Audi rogantem. ſupplices,


Mea


Mea vota, ne durus preces, Deus Arbiter ſu-
pra Deos, Damna ſeveris auribus.
2 Vitæ tyrannus, & mihi Peregrinus hoſtis
imminet. Nihil extimeſcit vindicis Scele-
ſtus iram Numinis. Sed, ecce, vitam protegit
Deus ille, qui contemnitur; Deus ille ſemper
ſoſpiti Dabit beate vivere.
3 Hic imputabitur malo Dolus architecto.
concident Homines ſceleſti: veritas Nam
pollicetur hoc tua. Tunc liberatus victimas
Dabo promerenti, ſed lubens; Bonitatis &
tuæ canam Laudes diſerto carmine.
4 Nam me dolentem plurimis Deus expedivit
luctibus. Miſeros jacere vidimus
Hoſtes, cruentos antea.


Pſalmus LV.


Mi Deus, ah! ne ſperne meas, Quas fundo
miſer



miſer ore, preces. Aſpice me. mens mœſta
dolet, Et clades me tanta premit, Ut me
ſingultire dolor Perpetuo cogat miſerum.
2 Impietas effrenis agit Contra me ſua tela.
mali Intentant mihi crimen atrox, Et virus
crudele vomunt; Oderunt me turba nocens,
Et mala gens irata furit.
3 Cor trepidans & triſte micat, Oſſa mihi, ceu
fracta, dolent; Terrificor, mentemque metus
Affligit pejore malo; Et quas intentare minas
Mors crudelis amat, timeo.
4 Hinc meditans perſæpe loquor: Alas quis
mihi forte dabit, Ut fugiens hinc neſcio quo
Abſcondar? me tuta nigris Occultent deſerta
locis, Et timido ſint luſtra quies.
5 Sic ego feſtinans fugiam Exul eò, qua terra
patet. Tempeſtas cito triſtis abit. Pravo-
rum




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19



opus, Et gaudent peccare domi.
Sed firmam promittit opem,
Cum fundo mea vota, Deus.
10 Sive die laxatur humus, Frigida ſeu de
nocte micant Sidera, te clamabo, Deus.
Vis noſtras audire preces. Audiſti; liberque
malis Hoſtibus extricatus eo.
11 Obruet, æternumque premet Omnipotens
hoſtile chaos. Eſt judex ſine fine Deus,
Et cœli terræque Sator. Gens culpis immerſa
ſuis. Non tamen hoc agnoſcit idem.
12 Diffringit pia jura ſacri Fœderis, & qui pacis
amans Viſus erat, ſermone bono
Hoſtis clandeſtinus agit. Mel fallax ex ore
fluit, Fel animus bellumque gerit.
13 Te Domino committe, tuas Is curas ferat:
ille dabit, Quo poteris ſufferre malum;

Is nun-



Is nunquam, dum terra manet, Permittet tam
grande nefas, Ut male ſuccumbat pietas.
14 Improbitas funeſta perit; Opprimitur, qui
cædis amans Fraudibus eſt intentus. habet,
Et nos conclamare puta. Sed Numen, cœli-
que favor Omnia me ſperare jubet.

Pſalmus LVI.


Aſpice me, Protector & Orbis Arbiter, op-
preſſumque tuere, Corde malo quem devorat
hoſtis. Mala multa minatur, Nec requiem
dare ſuetus, oberrat Impiger, interimitque
timentem. Sed furat, exiliatque ſuperbus:
Spes eſt mea Numen.
2 Auxilium laudabo juvantis, Et decreta poli.
Deus unus Eſt Deus, & me protegit unus.
Nihil anxius ergo Poſt timeam, caro nulla
nocebit, Ingenioſa calumnia falſo,




Pauſa.





Ni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19




Pſalmus LVII.







Pauſa.




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19




Pſalmus LVIII.




audax, oribus. Clauſas in aures nil boni
Intravit unquam conſilî.
4 Ita claudit aures aſpidis Aſtuta providentia,
Ut augur incaſſum canat. Age, tam fero-
cium, Deus, Confringe dentes, rictibus
Qui ſunt leonum compares.

Pauſa.


5 Uti terra ſiccis imbibit Undas arenis, ſic
mali Senſim liqueſcant, ut ſalem Tolerare
limax impotens. Quæcunque mittunt ſpi-
cula, Mittantur abſque viribus.
6 Pereant, abortu ceu perit In ventre matris
embrio. Ut perdit immaturitas Male tem-
perato ſidere Fructus acerbos, debilis
Sic impiorum vis cadat.
7 Pereunte pravo, gaudium Gens æquitatis
ſentiet, Et approbabit exitum Merito ca-

den-

. dentis. impio Per te triumphator ſuos

Pedes lavabit ſanguine.

8 Tua profitebitur palam Gens, eſſe magnum,

qui præeſt Mundo, Tonantem, veritas

Simul ipſa confitebitur, Poſt damna, poſt

injurias Parata juſtis gaudia.

Pſalmus LIX.

Hominum Protector, iniquos Miſerans

compeſce furores; Vim vi defende; malignos

Frena feliciter auſus. Tutum, Deus, obtegat

alte Rupes latebroſa; cruentos, Me ſalvo,

perde tyrannos; Injuſtum frange tribunal.

2 Noſtræ fera turba tyranni Tendunt ſua re-


tia vitæ, Et conjuratio concors Inſontis

pectora terret. Nihil hos offendimus unquam;

Valet accuſare nocentem Nemo me; ſed ta-

men audent Noſtram tentare ſalutem.


Pſalmus LIX.




Pauſa.




Deus,



Deus, eripe letho; Ne tot miracula noſtri
Ignorent forte nepotes. Fugiant hinc inde;
cadentes (Bona ſunt ſpectacula) cernam.
Falſæ perjuria linguæ Has pœnas jure merentur.
7 Sed poſtea perde malignos, Deus iracun-
dior, omnes. Stirpis veſtigia dele. Sic con
ſpiratio gentis, Ita diſcere multa remoti
Poterunt confinia mundi; Protectoremque
fateri Hæc coget pœna Tonantem.
8 Videat ſic mœnia, Numen, Tua te defendere
mundus. Poſt lucis tempora ſero, Si vis
hoc ipſe, revertant; Canis ut per compita
currit, Totamque perambulat urbem; Stulto
gens acta furore Sic currat fulmine bruto.
9 Miſer in diſcrimine victum Quærat malus;
indigus erret; Sub noctem dura recurſet
Magno molimine fruſtra Potuſque cibique
volu-

Pſalmus LX.




Pſalmus LX.





Pauſa.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19

Pſalmus LXI.


6 Quis fortis, aut quis in via Comes fidelis,
adjuvans Me ducet, ut per hoſtium Arces
penetrem? quis dabit Muros Idumes ut ruam?
Quis iſta det, præter manum, Quæ deſeruerat
nos, Dei? Deus antè caſtra duxerat.

7 Tu rebus in tam perditis Nos, Rector orbis,
adjuva. Humana ſpes eſt vanitas; Hæc fallit
expectatio. Sed te juvante, te Duce Felici-
ter pugnabimus. Pede, Numen, arrogantium
Inimica colla proteres.


Pſalmus LXI.

Oranti te da facilem, Magne Deus; Fleti-
bus atque meis, Quos exul profundo, fave;
Deliteam Rupe ſub ætherea.


2 In tutum me ſola Dei Dextra vehat.
Tu mihi, Numen, ades; Tu rupes, tu turris eras,
Perfugium Hoſtibus in mediis.




3 In tectis, æternæ Deus, Lætus ero,




Et ſine fine, tuis. Ut pullos tutantur aves,




Sic tua me Fortiter ala teget.




4 Succeſſu nam noſtra facis, Quæ tuleram,




Currere vota bono. Juſtorum tu ſceptra mihi




Magnifico Concilias titulo




5 Tu Regem ſervare voles, Innumeros




Multiplicanſque dies, Admirans hæc ſceptra da-




bis Ut videat Sæcula multa nepos.




6 Æternum ſic ille, metu Depoſito,




Te, Deus alme, colet. Fac, illum ſemper boni-




tas, Utque ſolet, Protegat æqua fides.



7 Tunc læta te voce canam Liberius;




Tunc erit ipſa chelys In laudes facunda tuas.




Quotidie Debita vota feram.

Pſalmus LXII.




Certe quieta ſubticet Mens in faventi


Numi-


Numine: Deus eſt ſalutis certa ſpes,
Et alta rupes, & mihi Munimem unum. ſic
nihil, Nihil extimeſcam protenus.
2 Quouſque machinamini Tectis in unum
fraudibus Male pertinaces impetum?
Mors inſtat; omnes exitu Triſti cadetis, ut la-
bans Paries, ruinam cum trahit.
3 Excogitant queis viribus A dignitate detra-
hant Domino fidelem; ſplendide.
Sic mentiuntur, ut palam Agant benigne, ſed
necem Animus minatur ſubdolus.
4 At tu quieta ſubtice Mens in faventi Nu-
mine Deus eſt ſalutis certa ſpes,
Et alta rupes, & mihi Munimen unum? ſic
nihil, Nihil extimeſcam protenus.


Pauſa.


5 Spes una, robur unicum, Et tuta turris &


quies




quies Meus eſt Creator; hinc decus



Dependet omne. Numini Gens univerſa fidite:




Deus eſt ſalutis certa ſpes.




6 Profecto vulgus vanitas Eſt vanitate va-




nior. Dominantium protervitas




Mentitur audax omnia. Inanitatis pondera




Æquare tumidi non queant.




7 Ne crede, poſſe firmiter Hæc poſſideri, quæ




dolus, Mala ſive vis acceperit.




Si creſcit affluentius Opum poteſtas, te malæ




Male mancipas pecuniæ.




8 Profeſſus eſt ſemel Deus; O! non ſemel, ſed



amplius: Ego cuncta ſolus dirigo,




Et cuncta poſſum. tu bonis Es mitis & pla-




cabilis. Metuunt maligni vindicem.

Pſalmus LXIII.




Te Protectore ſalutis, Vitæ bona commo-


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19


Pauſa.


4 Me nox obſcura jacentem Cogit memi-
niſſe Tonantis; Meditantur ſeria Numen
Secreto pectora lecto. Miſero tutela fuiſti,
Et felix umbra timenti. Nunc tandem car-
mina tutus Læta modulabor avena.
5 Mens eſt affixa Tonanti; Nam me tua dex-
tera fulcit, Tua me defendit inermem
Turbatis gratia rebus. Mea qui diſpendia
quærunt, Mortis qui tela minantur,
Cunctos ſors aſpera perdet.
Penetrabunt viſcera terræ.
6 Cœli vindicta malignos In funere merget
acerbo; Gens dilanianda furori Tradetur
prava luporum; Canet imperterritus autem,
Exultabitque canendo Qui juramenta fidelis,
Sed non ſine Numine, ſervat.



Pſalmus LXIV.







Pauſa.




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19




Pſalmus LXV.




Cum


Cum nos adyti, Numen, ſancti Saturabit amor!
Formidatas hoſtibus iras Metus injiciet;
Nobis toto ſpes interea Deus orbe manet.
4 Te conſpicuum laudant vires; Tua dextra
poteſt Imos montis vincire locos; Tua dex-
tra poteſt Altos altè, Rex omnipotens,
Religare ſpecus; Fundamenti quoque radices
Jacis imperitans.
5 Tu turbatum mare componis, Pelagique
minas; Frangis poſito fluctus vento. Ita ter-
rificos Frenas unus populi motus, Homi-
numque facis Ut diſcordes animi pacem
Sapienter ament.


Pauſa.


6 Hinc extremi regio mundi Tua ſigna timet;
Qui naſcenti proxima Phœbo Loca finitimus
Colit, & ſero quem ſol luſtrat, Hilares hilari


Pſalmus LXV.


Animo dicunt: præbet lucem,
Tenebraſque Deus.
7 Cum terra ſitit, tu ſiccatos Opulenter alis
Pluvia campos; tu frumentum Genitale paras.
Subigit glebas, & potantes Tuus imber agros:
Sic te fruges curante novas Videt agricola.
8 Qua fers greſſus, annum renovas Segetem-
que, Deus. Quocunque trahis fortunatos,
Pater alme, pedes, Illic ſua ſe dat pinguedo,
Sua fertilitas Ipſos latè penetrat montes,
Recreatque nemus.
9 Inveſtit agros armentorum Numeroſa co-
hors; Campos onerat grex balantum, Et in
ilicibus Fricat os porcus; creſcit pulchro
Seges intuitu, Exultanti magna voluptas
Seges agricolæ.


Pſalmus LXVI.




Pſalmus LXVII.




Pauſa.




Sed



Sed tu nos, Protector, aquis Eripiens, ex
igne trahis, Et pingui nos rure beas.
Intrabo tua templa lubens,
Ut ſolvam quæ vota tuli.
7 Quæ Domino promiſſa dedi, Cum preſſit
me grande malum, Stat mihi mens ſervare.
boves, Ac hirci cum thure ſuo Omnibus
argumenta dabunt, Quam gratus ſim mente,
Deum Rite colens: illius amor,
Pro me, cum res dura, ſtetit.
8 Attendens reverenter ades, Obſervas qui-
cunque Deum; Narrabo benefacta palam,
Quæ fecit divina mihi Gratia. cum ſuppreſ-
ſus eram Ingenti ſub clade miſer,
Audior, & vix rite precor,
Quin Numen vox læta canat.
9 Qui male jus ſacrum violat, Committens
enor-




Pſalmus LXVII.



Exi-




Pſalmus LXVIII.




Lau-


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19


Laudans carmina proferet; Dignis tollet in al-
tum Numen laudibus æthera. Mundus te
canat : altior Tu, Rex omnibus extas; Eſt
nomen Dominus tibi, Te coram populi ca-
nent, Et lætabitur orbis.
3 Orborum Deus eſt Pater, Et Nutricius om-
nium; Deſertas miſeraſque Protector viduas
fovet; Solaturque gementium Clemens
pectora Numen Alti vertice de poli. Tu
multa ſteriles domos Imples prole ; relaxas
Captivi mala vincula. Infœcunda rebel-
lium Fert zizania tellus.

Pauſa I.



4 Cum præſentia Numinis Ducebat per in-
hoſpita A Nilo loca Patres, Concuſſum tre-
muit ſolum, Et multis maduit polus Su-
dans imbribus. hærent Conſternata cacu-

mina




7 In-


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19




Pauſa II.




Sunt



Pauſa III.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19



reſtituam cito, Et ſervabo reverſos. Et mer-
ſus quis in æquore Noſtrorum jaceat licet,
Luctanti dabo dextram.
12 Fractorum, Deus, hoſtium Calcans pectora
ſupprimes. Gens nobis inimica Multis vul-
neribus cadet, Ut ſe ſanguine noxio Cum
pinguedine poſſint Delectare canes tui.
Accurrunt homines novæ Ad ſpectacula
pompæ. In ſacraria curritur; Se jungit cy-
tharæ tuba; Pulſat tympana virgo.
13 Vos omnes, quibus Iſraël Antiquam dat
originem, Vos laudate piorum In cœtu ce-
lebri Deum. Adſunt Benjamidæ, potens
Supra natio gentes; Et Judæ veniunt Duces,
Multis concomitantibus; Totus Zebulo currit,
Omnes Naphtalidæ pio Accedunt ſtudio; ſimul
ſimul Laudant cuncta Tonantem.

Pauſa


Pauſa IV.


14 Hoc audite, ſequimini Qui jus, qui colitis
Deum: Addit robora juſtis Summæ dextra
potentiæ. Confirma, Deus, omnia, Quæ no-
bis aliquando Fauſto non ſemel omine
Promiſit favor optimus. Ob delubra, ſacrique
Ob templi loca, Principes Multum libera
largitas Hic offerre movebit.
15 Diſturba, Deus, hoſtium, Taurorum vel-
ut, agmina. Ut ſtultam vitulorum,
Audacem petulantiam Sic compeſce Regen-
tium. Confuſus cadat ille, Quem veſana
pecuniæ Corrumpit ſitis. obruit Bellatricia
dudum Rex Regum Deus agmina.
Supplex muneribus Pharos,
Et dives venit Indus.
16 Reges, undique Numinis Laudatote poten-


Pſalmus LXIX.




tiam. Omnes læta tyranni Cœlo cantica




ſuccinant. Æternum Deus ætheris Alto ver-




tice currens Celſos pervehitur polos. En,




quam fortiter intonans Totum territat orbem!




Eſt author Deus omnium, Quæ bello bene




geſſimus. Laudat robora nubes.




17 Ex templo venerabili Horrorem, Deus,



incutis. Tu pugnantibus indis Unus fortia




pectora. Hinc laus ſit Domino Deo,




Laus æterna per orbem.


Pſalmus LXIX.




Luctantem tua brachia ſervent; Affer opem,




Deus alme, roganti; Eripe me, Pater optime:




mergor; Os altis ſuperabitur undis.




In limo ſine fine, lutoque Pes titubat meus;




angit aquarum Vis pectus; ſitis arida linguam




Impedit, & lacerantur ocelli.



Pauſa I.






Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19
















Ne


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19


Ne faciem durus nimis à me Abſtrahe, Rex

radiantis Olympi. Angor inops, ſuccumbo,

laboro; Approperans fer opem, Deus; angor.


Pauſa II.



8 Huc, Deus, huc accede; vocanti Mitis ades:

miſerabilis angor; Hanc animam, Deus, eripe

letho, Et rigidos compeſce tyrannos.

Tu probrum grave, dedecus audis, Quod pa-

tior pudibundus ab hoſte, Qui ſolitus peccare

protervum, Omniſcio patet uſque Tonanti.

9 Urebat dolor improbus ante Cor mihi; nunc

vehementia morbi Me laniat. gemo, nemo

gementis Vult unquam miſereſcere; nemo

Vult mecum tolerare dolores. Quin etiam

mihi felle dederunt Fercula conſpurcata ma-

ligno, Proque mero dedit hoſtis acetum.

10 Hinc juſtis bona talio pœnis Inficiat quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19



que felle veneni Deliciaſque dapeſque malo-
rum. Sint reprobis convivia damno, Sint la-
queus, ſint vincula menſæ. Officiat ſine lumi-
nibus nox; Et dorſo trepidante fatigent
Tergora deficientia lumbos.

Pauſa III.


11 Suppliciis effunde feroces In reprobos,
Deus, omnibus iras. Atria ſint male culta, co-
lonos Non habeant tentoria fractis Ædibus.
inclementia vexat Prava bonos miſeroſque,
paterna Quos miſerans affligere virga
Numen amat, miſerabile vulgus.
12 Peccatis ſine pluribus addant Plura mali,
cumulentque nefandum Sæpe ſcelus; neque
præmia juſtis Accipiant promiſſa; nec unquam
In libris, ubi vita, legantur. Interea miſer in-
gemo. ſerva, Erige me, Rex. audior. hinc tu


Carminibus celebrabere noſtris.
13 Hoc mage delectabile, pingui Quam bona
quæ cadit hoſtia cultro. Aſpiciet mala damna
malorum Juſtitiæ quæ jura colendo
Optima gens lætabitur. audit Vota Deus ge-
mituſque precantum Auxilians; nec deſpicit
illos, Vincula qui patiuntur in arcto.
14 Hinc Dominum quacunque pateſcit Terra
canat; ſimul occinat æther, Et mare: nam cito
chara Sionis Mœnia libertate beabit, Et mu-
ros Deus extruet altos. Abramidum, pia tur-
ba, nepotes, Gens Judæ quoque poſtera con-
det Omnibus hic habitacula ſæclis.

Pſalmus LXX.


Magno Rex unus in orbe, Serva, Deus
optime, ſerva Preſſum nimis; effer in altum,
Effer præſens cito; frangat Hoſtes tua dexte-









ra victos. Turpi confuſa pudore Pravi con-
ſortia vulgi, Nobis inimica, fugentur.
2 Noſtros quicunque dolores Ridet malus,
exſibilatque, Trepidus det terga. ſed illi,
Quotquot te, Numen, anhelant, Hilares formi-
dine pulſa Saltent, cantentque triumphum,
Et carmen laude perenni
Domino facundia pangat.
3 Sed me ſors urget acerbum; Pauper vagor;
indigus æris. Properans accurre, ſalutis
Semper Protector & Autor.

Pſalmus LXXI.









Tibi mens confidit; in uno Te ſpes mea
creſcit. Averte perennem A me, Deus alme,
pudorem. Age, vindice dextra,
Deus, eripe mœſtum.
2 Pro me Deus optime rupes Altiſſima, tuto

Fac


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19


Fac ſim lare tectus. Tua ſtat ſententia pro me;

Tua dextera turrim Mihi fundat, & arcem.

3 Hoſtis vafer, hoſtis acerbus, Elatus & audax,

Succumbat inermis. Mea tu ſpes unica, Nu-

men; Meus omnibus annis Deus uſque fuiſti.

4 Infans, Deus, embrio cœpi Te mente fateri;

Lactens Dominum te Novi puer; inde benigni

Benefacta Tonantis Mea carmina laudant.


Pauſa I.



5 Multis ego rideor. hic eſt, Dicunt inimici,

Eſſem quaſi monſtrum; Tua ſed me dextera

juvit. Tua luce, tenebris

Tua Numina cantem.

6 Jam debilitatus, & ævo Grandis traho vi-

tam; · Vis priſtina non eſt; Quondam ſolet

eſſe. ſenectam, Deus, aſpice; fractas

Neque deſpice vires.

Pſalmus LXXI.




Pauſa II.





dis; Dextramque potentem Magni celebra-
bo Tonantis. Tua dextera fortis,
Tua dextra fidelis!
12 Primis tua me docuiſti Præcepta ſub an-
nis. In carmina vires Puero, Rex magne,
dediſti. Senio gravis opto:
Ades, o Deus, ægro.
13 Vitam mihi, Numen, in annos Extendere
paucos Sit certa voluntas; Sic commemo-
randa futuros Tua facta nepotes
Mea lingua docebit.

Pauſa III.


14 Id, quod facis, o Deus, æquum Late loca
mundi Implet. quis in orbe, Quis ſe tibi
comparet? auges Mala noſtra, ſed idem
Eadem quoque tolles.
15 Facilis clemenſque profundo Ex vortice

tu


Pſalmus LXXII.




Pſalmus LXXII.




Quem


Quem ſemper amas, Regi. charam Deus eru-
diat Sobolem Regis; ſic is legum Modera-
tor erit, Juriſque tenax, ne paupertas
Gemat, efficiet.
2 Montes, colles, omnia poſſunt Ita pacifici
Fructus ævi ſentire diu. Mala vis miſeris
Non officiet; ſed ſe fractis Recreabit inops
Hilarus vinclis. hoſtis triſti Cadet exitio.
3 Sic te certo veniens ævum, Sua donec alet
Sidera cœlum, formidabit. Mea poſteritas
Ad te, Numen, venerans curret. Onerata tuis
Gens muneribus floret, ſicut Alit imber agros.
4 Hoc florebit regnante fides; Bona juſtitiæ
Pax incedet comes, expellit Tenebras radiis
Dum Luna ſuis. is regnabit Ubi terra patet,
Ubi per totum largæ mundum Tribuuntur aquæ.
5 Deformis Arabs, gens combuſtis Habitans

in




Pauſa.




Pro


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19



Pſalmus LXXIII.




Pſalmus LXXIII.




Gau-


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19


Gaudent crumenas improbi. Minantur iras,
intonant Nunquam ferendis vocibus.


Pauſa I.


5 Audax Tonantem turpiter Fatigat impu-
dentia, Superos laceſſens. toxicum Seritur
per omnes undique Terras venenum. blaterat
Vox mentientis. hoc vident, Hoc audiuntque
gens pia, Et æſtuantes fluctuant.
6 Et, nempe cernat omnia, Dicunt, Creator
undique? Homines ſceleſtos aſpice; Malus
opibus ſuperfluit, Nummique creſcunt in-
dies; Augetur in furore vis, In vi poteſtas.
tranſigunt Secura vitæ tempora.
7 Cur integer puruſque ſum? Cur innocenter
vivitur? Nihil eſt Tonantis æquitas: Ego
torqueor totos dies, Nec lux tenebris obrutis
Emergit unquam, quin meos Cernat dolores


Pſalmus LXXIII.



Pauſa II.



11 Hæc


11 Hæc cum videbam, cor mihi Urebat ingens
cum dolor, Et amara vis in pectoris Pene-
trarat ima, devius Tunc me ſtupentem, ceu
pecus, Trahebat error, & nihil Intelligebam
marcidus; Mens hæſitabat dormiens.
12 Nunc ſemper incumbam tibi, Nitarque tu-
tus Numine. Dominus, benigna qui meam
Ope ſublevavit dexteram, Mentis reget præ-
cordia, Dux unus in moleſtiis, Poſt æviter-
nam gloriam Dabit Dei benignitas.
13 Quid, o Creator, quid polus, Quid tota
terræ machina Mihi, præter unum te, dabit?
Nihil eſt, nihil deſidero. Si cor fatiſcens ſuc-
cubat, Corpuſque vires deſerunt, Tutela
felix eſt Deus, Adjutor omni ſæculo.
14 Qui te relinquit abnegans, Cultor Deorum
peſſimus, Adytis adulter in ſacris, Miſer

interibit. aſt ego Te, Numen, unum quæri-
tans, Liber periclis ambulo, Te ſector
unum, laudibus Te ſempiternis efferam.

Pſalmus LXXIV.

Perpetuo cur antè beatos, Juſtitiæ Pater,
abjicis ævo? In timidos lupus involat agnos,
Dum tibi mens exæſtuat ira.


2 Excidat haud eccleſia, cœtus Ille tuus, tuus
ille per annos Innumeros. patrimonia cœli,
Et ſacram, Deus, aſpice gentem.

3 In meritas exurge malorum Continuo, Deus
optime, pœnas: Hoſtis enim truculentus ama-
ti Effregit penetralia templi.


4 Buccina non cantillat honores Omnipoten-
tis, at omnia probro Sunt tibi, ſuntque tuis,
Deus. hoſtis Dedecorant vexilla Sionem.


5 Bacchantum furioſa tyrannis Omnibus eſt
bene

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19



bene nota. ſecurim Ruſticus & ſua brachia
tollens, Sic ramos ferit arboris altæ.
6 Tam bona cælatura, decorum Illud opus,
memorabilis orbi Machina, tota bipennibus
altam Nunc fecit lacerata ruinam.
7 Conſumpſit ſacra limina templi Ignis edax;
adytiſque ſolutis Strata jacent habitacula,
quondam In toto celeberrima mundo.
8 Impietas ſic mente profatur: Nunc ſimul ex-
poliemus inermes. Nec temere, Deus, iſta
minantur: En, late ſacra culmina fumant.

Pauſa I.



9 Ut ſolet, haud conſueta videmus Signa Dei,
neque cernitur uſquam Vaticinans bene. tem-
pora neſcit Quilibet, ac ſpes nulla ſalutis.
10 Ferre potes, vindex Deus, iſta? An populus
patieris iniquus Perpetuis tua nomina probris


Ludificet, tam lentus in ira?
11 Cur tegis abſcondiſque potentem, Ceu fu-
giens, Pater optime, dextram? Exere teque
manumque, laborum Ut finem videamus adepti.
12 Quicquid id eſt, ſperamus; & unus Tu mihi
Rex Dominuſque fuiſti A puero. tua corcula
ſervas. Hoc totus videt orbis in orbe.
13 Imperium te dante, receſſit Unda maris; tua
dextera murum Oppoſuit fugientibus undis;
Sed pravi miſere perierunt.
14 Balænas velut, opprimit hoſtem, Et rigidos
manifeſta tyrannos Vis tua. ſic cibus afficit
Indos. Ex ſcopulis dis unda cucurrit.
15 Mutaſti freta, flumina ſiccans Alta ſatis. tua
lux, tua nox eſt. Sol radios, & amica mini-
ſtrat Lumina, cognoſcitque Creantem.
16 Tu ponto ſua clauſtra dediſti, Tu, Deus,


arcta



Pauſa II.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19




Pſalmus LXXV.




Cœli

Pſalmus LXXVI.




Pſalmus LXXVI.



ſicuti


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19

Pſalmus LXXVI.




Regum


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19




Pſalmus LXXVII.




Aut


Aut quæ tempora legi.
4 Occurrebat amabili Pſallens carmine bar-
bitus; Tot laudes tibi dictæ, Tot præconia.
noctes Inſomnes ego pervigil Contrivi.
meditatio Semper multiplici me
Curâ vexat & angit.
5 Num per ſæcula deſinit Placari Deus omnia?
An me deſerit omnes Formidabilis annos?
An clementia Numinis Sic evanuit? aut ita
Nunc eſt mortua, ſemper Ut promiſſa labaſcant?

Pauſa.


6 Non placabitur omnium Tam clemens Pa-
ter? æſtuat Fervens ſemper in iras?
Sed poſt corripiens me, Quid, dixi, dolor
incipis? Clemens ecce revertitur Tandem
poſt mala Numen, Et ſe dextera mutat.
7 Vis nunquam, Deus, excidet Infinita po-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19

boavit. Ruptis nubibus emicat Ignis terrifi-
cans fragor; Motis horrida terris
Vox perterruit orbem.


11 Sacram ducis in invia, Et ducis tamen in-
via Gentem per loca: nam ſe Clauſis æquor
in undis Pigrum continuit diu; At veſtigia
diruens, Ducebas uti Paſtor
Tuto tramite Patres.

Pſalmus LXXVIII.


Adamata Deo gens Abramidum, Pateant
aures, pateant animi, Imos penetrent mea ver-
ba ſinus. Patet os, animi parturit ardor
Facta potentis narrare Dei,
Quæ ſimplicibus vix nota piis.


2 Ea, quæ memorant ora parentum, Rata mul-
tiplici teſte probantur. Quod nos proavi do-
cuere, meos Mea poſt faciam ſcire nepotes
Tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19


Tempora. magnas Domini laudes
Didici, dicet tunc poſteritas.
3 Deus Iſacidum, ſua cum ſanxit Fœdera,
noſtros bonus admonuit Pater ipſe Patres,
omnia feram Hæc progeniem memorare
jubens. Sic laus celebris, ſic facta Dei
Poterant cunctis vivere ſæclis.
4 Ita poſteritas Domino diſcet. Sperare Deo,
memor auxilii, Quod manus olim tulit omni-
potens; Meliuſque colet juſſa Tonantis
Quam peccantum mala turba patrum,
Gens in Dominum ſæpe rebellis.


Pauſa I.


5 Ubi pugna viros vocat, Ephræmi Soboles
timidæ dat terga fugæ; Abit ante tubas, quia
faſtidit Maleſana Deum, juſſiſque negat
Obedire poli; perturbatur



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19

Pauſa II.


9 Nihil hæc prodeſt bonitas Domini: Juvat
ire; Deum tentare juvat; Simul in mediis
vexat arenis Mala luxuries tam munificum
Bonitate Patrem. vult ſperatos,
Vult ingluvies obſcœna cibos.
10 Deus an nobis queat hic epulas Dare de-
ſertis, ait impietas, Furioſa locis; fateor,
rivos Dedit ex ſcopulis, ſed panis abeſt.
Dabit & panes, dabit & carnes
Hic tam vaſto Deus in memore.
11 Satis Omnipotens omnia vidit, Satis au-
divit. vehemens ideo Furor Abramidas, &
perſequitur Ira Jacobum, feriente Deo;
Quia diffidens Domini ſprevit
Ingrata nimis gens auxilium.
12 Tamen æthereas Deus ingratis Aperit val-

vas; tamen ambroſiam Pluit, & celebris mu-
nera mannæ, Mandante Deo, polus. ut bibe-
rent Ederentque ſatis large clemens
In deſerto dedit Omnipotens.


Pauſa III.

13 Nimis urgebat maleſuada fames! Deus ap-
poſuit fercula cœli, Epulas etiam quæ ſuffi-
cerent. Abit æthereis depulſa plagis
Cita vis euri; Zephyrus mitis
Flare jubetur, cogente Deo.


14 Pluviis veluti decidit imber Fœcundus
aquis; velut innumeras Borealis hyems ſpar-
git arenas; Ita, tam magno Deus aligeras
Numero mittit per caſtra dapes,
Celerumque greges cothurnicum.

15 Satiata bonis gens prava cibis Male luxu-
riat; male contemnit Epulas cœli furioſa
cohors


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19




Pauſa IV.





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
2 G 19


Tonantem Gens Abramidum noſcere,
verum Gens ore magis quam corde pia.
19 Male compoſiti fœderis hoſtes Vivunt,
quid agat Deus immemores. Non ingenue
ſatis atque pie Coluere Deum. tamen
ignovit Redimens culpam, neque laxa-
tas Iræ Dominus fecit habenas.
20 Facilis fragiles hominum mentes Anim-
advertit, fragiles etiam Corporis artus. ita
flabra cito Abeunt nunquam reditura.
Deum Quoties queritans gens offendit
In deſertis maleſana locis!


Pauſa V.


21 Toties veniam, toties vitam Dedit Omni-
potens! iterum peccant, Iterumque Dei ro-
bora tentant, Brevibuſque volunt claudere
metis Domini vires; nunc exciderant Bona
ſum-



ſummerſo facta tyranno.
22 Pharios inter dederat populos Quæ ſigna
Deus ſimul exciderant. Miranda canam: vi-
treas fluvii Mutavit aquas Deus, ut ſi-
tiens Non jam fluvii potaret aquas Pharos,
aſt rubri ſanguinis æquor.
23 Animal vario mixtum genere Perdi-
dit hoſtes; ſua bilis ineſt Etiam muſcis; pe-
netrat Pharii Numeroſa lares rana tyran-
ni. Nunc bruchus edax ſemina perdit, Per-
eunt multis arva cicadis.
24 Lapidoſa ſcidit grando beatas Impe-
te vites; lacerat Dominus Patuli ficos ne-
moris; pecudes Deus interimit fulmina mit-
tens; Cadit armentum cum grege; cœlum
Omnia perdit non immerito.
